



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Pavli Laymann è Societate I: Theologiæ Moralis
Compendiv[m] absolutissimum et in quinq[ue] libros
partitum**

Laymann, Paul

Moguntiæ

3. de Forma.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40716

ad valorem Sacramenti, vnum oculum, vnum
aurem, &c. inungere, sed talis inunctio sine ne-
cessitate non est introducenda contra consuetu-
dinem Ecclesiæ.

Ratio autem congruentiæ, cur s. sensuum
inunctio sit materia proxima, est, quia s. sen-
sus sunt quasi origines seu receptacula peccato-
rum per extremam Vnctionem abstergenda.

Si infirmus manibus careat vngenda est caro 6
propinqua, item si oculus careat, locus o-
culorum. Nam licet homo qui caruit visu per-
petuo, non potuerit eo sensu peccare secun-
dum effectum, potuit tamen secundum concu-
piscientiam videndi.

Sacramenta omnia cum Crucis S. figura
ministrari solent, sed non de necessitate Sa-
cramenti, nisi in Confirmatione, quippe in
qua speciatim fideles signari debent, tanquam
militantes sub signo crucifixi: nec mortale pec-
atum est sine Crucis signatione inungere in-
firmum.

CAP. III.

De forma huius Sacramenti.

Forma extremæ vunctionis deprecatoria esse I
debet, talis scilicet; *Per istam vunctionem, &*
um p̄fissimam misericordiam indulget tibi Domi-
nus, quicquid deliquisti per visum: & similiter
alijs membris. Probatur ex Apostolo Iacobo.
Orent super eum vngentes: tum ratione
CCCC 4 diffe-

differentiæ, quæ est inter hoc & reliqua sacramenta, quæ modo verborum indicatio confiuntur: nam illa fermè habent effectum aliquem infallibilem, seu characteris, seu gratiæ sanctificantis; huius autem sacramenti Effectus impedi potest, tum propter obicem recipientis, quod attinet ad spirituales Effectus gratiæ, tum propter indifferentiam, quia non expedit conferri sanitatem corporis. Deinde hoc sacramentum institutum est, ut sit complementum sacramenti pœnitentiae, si nimirum homo in pœnitentia iudicio non satisfecit plenè pro peccatis suis, exortetur Deus à Ministris Ecclesiæ, ut homines suis viribus destituto misericorditer indulgentiam dare dignetur.

3 Formam sacramentorum Patres quandoque precem appellant. Nam licet Efficacitas sacramentorum non pendeat ex vi orationis, ut est opus operantis, sed ex virtute promissionis Christi, tum etiam ea, quæ certo accepturos nos à Deo credimus quandoque precamur, gratiam & misericordiam eius agnoscentes.

3 Non pertinet ad Essentiam huius sacramenti, vt verborum forma ad singulos sensus reperatur, quare in necessitate acceleratione mortis scilicet, aut si infirmus iamiam moriturus aliud sacramentum non accepit, brevior forma usurpari potest, V.C. per istam S. Vnctionem, vel per has S. Vnctiones indulgeat tibi, &c.

NB. Aliqui non improbabiliter docent Sacramen-

a sacra-
o confi-
aliquem
sanctifi-
impedi-
s, quod
um pro-
conferri
mentum
ramenti
ntiae iu-
, exore-
suis vi-
um dare
ndoque
s sacra-
t est o-
Christi,
à Deo
& mise-
menti,
etatur,
clicet,
ramen-
poteſt,
S. Vn-

ent Sa-
amen-

tramentum Extremæ vunctionis substantialiter confici vnicā alicuius sensus vunctione, cum debita formula verborum.

Item verba, per hanc vunctionem remittat tibi Dominus, quicquid deliquisti per visum; sunt de essentia, siam omittere est scelus. Denique notandum verba illa quicquid deliquisti efficere sentum Conditionalem, si quid peccasti, quamobrem ministratio potest, hoc sacramentum homini, etiam si nullum peccatum habeat, V.C.ei, qui immediatè ante baptizatus fuit.

C A P. IV.

De Subiecto, sive suscipiente hoc sa-
cramentum.

Vbiecum capax huius sacramenti, est solus homo baptizatus (nam baptismus est ianua vi-
tæ spiritualis, qui a per ipsum de corpore efficitur Ecclesie) quirationis vsum adeptus, V. C. puer septen-
nis, qui potest peccare, tunc enim peccati actua-
lis capax, tanquam miles aduersus extremos Dia-
boli insultus pugnare, & ob id veluti ad luctam
ingipotest.

Pueris extrema vunctionio dari potest, etiam an- 2
tequam ad S. Eucharistiam admittantur, eo
quod nulla sit connexio inter S. Eucharistiam &
Extremam Vunctionem; ergo etiamsi aliquis
dispositus non sit ad S. Eucharistiam suscipien-
dam, si tamen dispositus videatur ad sacra-

Cccc s men.